

Barcelona, BC, ms. 479, f. 58v.

In die Penthecoste

[R]epleti sunt omnes Spiritu Sancto¹. Acta primo et in epistola hodierna.

Videtur mihi ex dictis scripture sacre duae propositiones et regulas contrarias posse probari et cetera

Prima, quod spiritus malignus tria loca sollempna voluit evacuare, in quibus etiam antiqui philosophi vacuum posuerunt. Ipse enim volu[it]t evacuare.

Lo cel emperial de l'angelical natura.

La roda terrenal de tota creatura.

Lo coratge humanal de fe sancta e pura.

2^a propositio et regula est quod opus Spiritus Sancti ista loqua sunt vel erunt plena, quia ipso merito

Lo cel és poblat e per a reys adelit

Lo món és preycat e a Déu convertit.

Lo cor enflamat e de dons complit.

Primo. Dico in regula prima quod dyabolus evacuare voluit celum empireum angeli, sicut enim dicit Beda: «Deus a principio fecit celum e[m]pireum et ipsum replevit angeli, inter quos Lucifer fuit pulcrior et dulcore, qui, suam pulcritudinem considerans, Deo voluit equari²». Ideo ad suam operam visus est alios trahere, sed non potuit. Tranxit autem multos qui de quolibet ordine nisi sibi consenserunt, sed paventes de cherubin. Ideo interpretatur multitudo quia in illo ordine plures remanseruntquam de alio. Ob quam causam dicitur Apochapliptis quod «Dracho, id est, Lucifer, cum cauda sua visus est tertiam partem stellarum³», I angelorum trahere ceciderunt. Igitur ipsi expulsi sunt de celo empireo. Patet igitur quod dyabolus voluit evacuare celum. Unde et philosophi: «Posuerunt vacuum extra celum», scilicet stellarum ut dicit Aristoteles 5 Philosophorum: et fuit opus Pictagore, et cetera.

2^o. Dico quod voluit evacuare rotam mundi quod 2 habuit partes, scilicet superiorem, et fuit paradysus terrestris. Intravit ibi dyabolus et decepit primos parentes et sicut expulsi sunt ipsi et nos, et evacuata est illa pars orbis altissima. Pars inferior est iste mundus. Istud voluit evacuare omnibus hominibus et creaturis viventibus in prima enim et 2^a etate. Induxit homines ad peccatum inmundicie, ob quam causam destructa est omnis caro et destructe sunt habitationes mundi externis. 8 Psalmos: «Repleta est terra iniquitate⁴».

3^o. Dico [quod] voluit evacuare cor hominis et cetera virtute fidei. Et hoc fuit tempore passionis Christi, cum tota fides ecclesie periit in apostolis et omibus aliis, excepta beata Maria. Habita[re] enim voluit in corde hominis per infidelitate et ydolatria. Unde, volens Christus celum ascendere, ut refferetur Marcus: «Aperunt, discit, ut exprobarer incredulitatem eorum et duriciam cordis, quia his qui viderant» et cetera, «non crediderant⁵» et cetera. Et ideo philosophi:^{59r} Posuerunt vacuum in⁶ superiori parte aeris et inferiori, quia ubi est aer dicebant vacuum, quia non prebant nisi sensibilia. Item in corpore hominis ponebant vacuum, quia arguebant: sicut cibus recipere in homine. Vel igitur conpleno et tunc duo corpore in eodem vel in vacuo, et sequitur propositum et cetera.

Secunda propositio est quod opere et virtute Spiritus Sancti celum est populatus. Et super istud patet hoc suppositio et tanquam vero quod Spiritus Sancto atribuitur clementia et misericordia,

¹ Act. 4, 31. | ² Cita no localitzada. La mateixa cita a Vicent Ferrer, *Sermonario...*, 514 i *Sermons IV*, 68. Citat per Toldrà, 2006, 151-2. | ³ Apoc. 12, 3-4. | ⁴ Gen. 6, 11 | ⁵ Mc. 16, 14. | ⁶ *Segueix feriori k. Superiori, sobre la línia.*

sicut patri potentia et filio sapientia⁷. Licet opera eorum ad exemplum sint divisa, ut dicit Augustinus: «Opus siquidem nostre redemptionis fuit opus sume misericordie et pietatis». Ideo attribuire potest Spiritum Sanctum, quia «Propter nimiam caritatem quam dilexit nos⁸», Deus filium suum misit et pati fecit. Passio, vero Christi clavis est per quam fuit apertum celum C milibus annorum ante clausum. Unde et incarnatio Spiritu Sancto attribuitur. Iuxta id simboli qui conceptus est de Spiritu Sancto, «Incarnatus autem fuit Dei filius propter reparationem angelice ruine⁹» ut dicit Anselmus, licet per multas alias causas. Igitur angelica ruina reparatur et celum populatur et repletur virtute Spiritus Sancti, ut dicant bene ipsi Spiritui Sancto: «Repleti sumus mane misericordiam tuam exultavimus et delectati sumus¹⁰». Secunda pars dixi et cetera. Dixi enim quod virtute Spiritus Sancti repletur mundus verbo Dei, et scilicet, populus convertitur. In signum huius hodie «Descendit Spiritus Sanctus cum sono tonitruum et replevit totam domum ubi erant sedentes¹¹». Aer enim in parte superiori fuit repletus, illo magno tonitro ad designandi quod apostoli, qui illud recipiebant, predicarent ubique et intonerent verbum Dei. Iuxta id, Psalmus: «In omnem terram exivit sonus eorum¹²» et cetera. Item in similitudine linguarum. Ac noticiam operem linguarum inspiraret et sicut factum est, quia loquebantur variis linguis, donec, posuit esse vel quod loqueretur in una lingua ebraea quod ab omnibus intelli[ge]retur, vel quod loqueretur omnia lingas. Et sicut intelligit Comestor. Et magis consonat literae. Olim enim Deus confunderat omnes lingas. Et diserat in ac Comestor. Sed hodie non confundit sed declaravit et cetera. Dic istoriam. Item, in specie ignis aparuit ut rederent se purgatos, quia ignis purgat et mundificat. Sicut fuerunt purgati et sanctificati quod de cetero non potuerunt peccare mortaliter. Ideo hoc repleto per illam potest significari, de qua dicitur quod postquam Nohe steterat in archa, recordatus est Dominus Noe: «Crescite et multiplicamini et replete terram¹³». Postquam enim apostoli aliquis diebus steterant privati presentia amici sui et magistri, recordatus est eorum. Igitur misericordiam fecit mitendo eis Spiritum Sanctum, ut sicut eis virtute crescerent de virtute in virtutem et multiplicarent¹⁴. christianos et fidem Christi et cetera. 3^a pars et cetera. Spiritus enim Sanctus dicitur mititur, scilicet in visis cuius illabitur menti ad iustificacionem vel ad usum. 2^o visibiliter in alio signo visibili ad significando aliquod efectum. Sicut fuit missus in specie columbe super Christum baptismo ad puritatem et innocenciam Christi. Item in specie nubis lucide super Christum, transfiguratum ad ostendere quod in Christo erat ros et pluvia et fons gratiarum, de quo fonte omnes nos aurire, quia de plenitudine eius omnes accepimus in specie ignis sicut descendit hodie super ad inflammando eos in amore divino. Vidit in flore. Ideo Salome: «Spiritus Domini replevit orbem terrarum¹⁴» et cetera, de quo patet etiam intellegi verbum presens: «repleti sunt omnes Spiritu Sancto» et cetera. De Spiritu Sancto est notandum quod per eum:

És hom dotat de bella parlaria. Actum 2: «Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei¹⁵»
 És l'om levat a grau de propheta. Et Primae Petro: «Non voluntate humana ablata est propheta¹⁶». Et docti loqui sunt prophetae, nota de Elisabeth et de Zacharias, et sicut de aliis.

És veritat mostrada clarament. Iohannis 16: «Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem¹⁷».
 És perdonat peccat e defalimant. Iohannis 20: «Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccati¹⁸».

És hom il·luminat de gran saviesa. «Dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere¹⁹», non enim

És confortat e à fortaleza. Psalmus: «Spiritus principali confirma me²⁰». Gregorius: «Mihi de huius predicationibus contradire non presumerunt²¹».

És en lo cel donat leyal testimoni. 1 Iohannis 5: «3 sunt qui te testimonium dant in celo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus²²».

És del hom gitat lo maleyt demoni. Marcus 12: «In spiritum deicio demonia²³».

⁷ Tomas d'Aquino, *Summa theologica*, 1a pars, q. 39, art. 8, arg. 3 (☞). | ⁸ Eph. 2, 4. | ⁹ Petrus Lombardi, *Sententiarum*, liber 2, dist. 1, cap. 5. | ¹⁰ Ps. 89, 14. | ¹¹ Act. 2, 1-4. | ¹² Ps. 18, 5. | ¹³ Gen. 9, 1. | ¹⁴ Sap. 1, 7. | ¹⁵ Act. 2, 11. | ¹⁶ Cita no localitzada. | ¹⁷ Io. 16, 13. | ¹⁸ Io. 20, 22. | ¹⁹ Lc. 21, 15. | ²⁰ Ps. 50, 14. | ²¹ Cf. *Moralia*, 13, 8. | ²² Cf. 1Io. 5, 7-8. *Vulg.*: «quia tres sunt qui testimonium dant Spiritus et aqua et sanguis et tres unum sunt». | ²³ Mc. 12, 27. |

És encarnada la part divinal. *Mathei I: «Cum esset desponsata sequitur inventa est in utero habens de Spiritu Sancto²⁴».*

És donada vida spiritual. Romanos 8: «*Vivificabit mortalia nostra propter inhabitantem eius in nobis²⁵*». Ideo Ezequiel 37: «*Dabo vobis spiritum et vivetis²⁶*». *Filiam enim Ezequiel, quia:*

«*Facta est super manus Domini et dimisit eum in campo qui erat plenus ossibus mortuorum²⁷*» et *cetera, ubi vidit de homini:*

Com ha nom covinent posat en escrit, *quia Ezechiel dicitur.*

Com és tocat dignament per lo Sant Sperit. «*Facta est super me manus Domini²⁸*».

Com és lo món nomenat ne dit, *quia duxit eum in campum.*

Com és ensutzat lo hom e dins podrit, *quia plenus ossibus mortuorum.*

Com se deu pendre ment del mal qu'a fet ne dit, *quia circumduxit eum.*

Com deu hom oyr sermó, com és a són profit: «*Ossa arida audite verbum domini²⁹*».

Com se deu prendre del mal en qu'a falit, *quia «Prophetante me, ecce comotio³⁰».*

Com perdona Deus post hom és penedit, *quia «Statim dedit nervos³¹».*

^{60r}. Com deu hom pregar Déus, què ha requir: «*A quatuor ventis venit Spiritus³²*».

Com torne hom al bé, del qual era desexit, *quia «intravit Spiritus et evixerunt³³».*

Primo. Dico qualiter homo nominatur, propie, quia Ezechiel, qui interpretatur auxiliam Deo vel confortavit mei Dominus, et recte significat hominem cui auxiliatur Spiritus Sanctus. Hominem enim confortat et adiuvat Spiritus Sanctus, quia

Dóna-li sosteniment per si no pot star tant és cosa vana.

Dóna-li gran ardiment com no pot contrastar a l'enemich qui l'engana.

Dóna li enfortiment ab què pusque treballar a fer obres de virtut.

Dóna-li secorriment com se vol levar del pecat en què és caygut.

Primo dico quod Spiritus Sanctus dat homini et cetera. Homo et qualibet alia creatura est tam labile quam adesse naturae, quod nisi Deus manu teneret eam per suum influxum. Sicut est de nihilo. Ita redigeretur in nihil. Nec enim adesse luminis et radii, in medio requirit influxus et presentia corporis luminosi, sicut et cetera. Et sic, si ponas sigillum in aliqua, ablato sigillo clauditur apertura, sicut et cetera. Non minus est fragile homo quantum ad statum culpae, sicut enim ex forma glorificata, cadit in alia peccata, sed cadet in alia nisi Deus preservaret eum ex misericordia, quod attribuitur Spiritum Sancto. Ideo Bernardus, inter septem misericordias Domini istas recognoscit, quod «Sicut in quedam peccata inciderat in alia cecidisset nisi Deus tenuisse eum³⁴». Ideo ait apostolus, Romanus 8: «Spiritus adiuvat infirmitatem nostram³⁵».

2º. Dico et cetera. Ideo hodie receperunt Spiritum Sanctum apostoli ad robur si quidem fuerunt arma mundum et diabolum, quod declarat Gregorius in sermo primo: «Spiritum domini ornavit caelos³⁶» et cetera. Patet de Petro qui ante³⁷ Spiritus tamen timuit quod «unius mulierieris voce percussus³⁸» et cetera. Patet³⁹ etiam de aliis cum non scirent nisi unam lingua, ut dicit Gregorius in omilia Iª: «Christum predicare noluerunt nec ausi fuerunt sed erant in conclavi, sed post adventum Spiritus omnes lingas semerunt et Spirititus omnes laudaverunt et predicaverunt⁴⁰». Psalmos: «Spiritus oris est omnis virtus eorum⁴¹». 3º et cetera revera opera virtutis difficili. 3º Ethicorum 2: «Illa facere non possumus nisi a Dei gratiam Spiritus Sancti⁴²». Et ideo apostolum et alii sancti virtute Spiritus Sancti carceres, vincula, famem et cetera. Sustinuerunt ideo, orabat Augustinus: «Spiritum Sanctum dedit sanctum in me opus

²⁴ Mt. 1, 18. | ²⁵ Rom. 8, 11. | ²⁶ Ez. 37, 6. | ²⁷ Eze. 37, 1. | ²⁸ Eze. 37, 4. | ²⁹ Ez. 3, 22. | ³⁰ Eze. 37, 7. | ³¹ Eze. 37, 8. | ³² Eze. 37, 9 | ³³ Ez. 37, 9. | ³⁴ Bernat, *Sermo de septem misericordias, I. De fragmentis septem misericordiarum*, PL 183, 399b. Ss. | ³⁵ Rom. 8, 26. | ³⁶ Iob 26, 13. | ³⁷ Segueix, ratllat, il·legible. | ³⁸ Antífona de la missa de diumenge de Pasqua. | ³⁹ ratllat de aliis. | ⁴⁰ Cita no localitzada. | ⁴¹ Ps. 32, 6. | ⁴² Cita no localitzada. |

spiravit ut cogitem compelle, ut faciam suade, ut te diligam, confirma me ut teneam, custodi [me], ne te perdam hoc ille⁴³». Ideo Spiritus Sanctus dicitur spiritus fortitudinis. Ysaya 94 et cetera. Homo ^{60v.} de se potest deficere, sed non perficere. Cadere in peccatum, sed non exire, ut dicit Crisostomus: «Est enim hominis peccatoris spiritus vadens et non rediens virtute⁴⁴». Igitur, Spiritu Sancti habet exire et ex misericordia Dei, quod peccata remittit. Dicat igitur homo id, Psalmos: «Levavi oculos meos in montes, scilicet, in celum, unde venit auxilium mihi auxilium meum a Domino⁴⁵» et cetera. [2^o] Dixi quod Spiritus Sanctus tangit cor et interium hominis, quia dicitur: «Facta est super me manus Dei⁴⁶», licet manus Spiritum Sanctum⁴⁷ significat qui manus Domini dicitur, quia sicut manus Domini habet officium demonstrar et instruir lo real camí públic. Manus enim Dei ostendit nobis misericordia celi. Psalmus: Illic «Manus tua deducet me et tenebit me dextera tua⁴⁸». Et in eterna Spiritus Sanctus habet nos ducere etiam ad paradysum, sic dicit propheta: «Spiritus tuus bonus deducet me in terram certam⁴⁹» quod aliud enim ventus ducit navem ad portum. Spiritus Sanctus ducit animam ad paradysum et ad agendum virtuose, sic Spiritus Sanctus docuit apostolos: sancte vivere et virtuose operari. Ideo, de eis patet intellegi id Ezechiel primo: «Ubi erat inpetus spiritus illuc gradiebantur⁵⁰», quasi dicit: id faciebant apostolis ad quod monebat eos virtus et instigatio Spiritus Sancti. Ubi Gregorius, omelia 5 super Ezechiel, in principio exponens decem verbis si ait: «In electis et reprobis diversi super inpetus. In electis videlicet inpetus Spiritus in reprobis inpetus carnis. Inpetus quidem carnis ad odium, ad elationem, ad inmunditiam, ad rapinam, ad exteriorem gloriam, ad crudelitatem, ad perfidiam, ad desperationem, ad iram, ad iurgia, ad voluptatis animi inpellit. Inpetus vero Spiritus ad caritatem, ad humilitatem, ad continentiam, ad largitatem misericordie, ad interiorem profectum, ad pietatis opera, ad eternorum fidem, ad espem sequentis gaudii, ad patientiam, ad pacem, ad considerationem vite inmortale, ad lacrimas mentem pretahit. Unde necesse est ut magna semper cura considerare debemus in omne quod agimus qui nos inpetus ducat amare et enim terrena temporalia eternis preponere⁵¹ ex vero bona non ad usum⁵² necessarium habere, sed ad voluptate concupiscere, ultionem de inimico quarere, de emuli⁵³ casu gaudere. Inpetus carnis est at contra amare celestia contempnere transitoria, non ad ffructum voluptatis transitorie, sed ad usum necessitatis quaerere, de inimici morte tribulari inpetus est⁵⁴». Hec Gregorius. Hec ergo operatur unus atque idem spiritus, 1Corintios 12. Patet igitur quod Spiritus instat manus habeant officium:

^{61r.} De demonstrar e inst[rui]r lo camí rey al e públich.

De donar e distribuיר tresor a l'hom jove e amich.

De defenssar e mantenir lo seu cor a l'amich.

De castigar e corregir e de donar bon càstich.

De primo iam dictus est. De 2^o dixi cum manu damus et destribuimus, Proverbiorum ultimo: «Manum suam aperuit inopi⁵⁵» et cetera. Et revera asperu sancto sunt omnia dona gratuita ipse enim est primo donum in quo dantur omnia libenter, quia «spiritus ubi vult spirat et nefas unde veniat aut quo vadat⁵⁶» et cetera. Quis scit si habet spiritum sanctum certe certitudinaliter nullus nisi ex gratia spirituali. Sed dicit Bernardus quod: «licet sicut investigabilis vie eius tamen ex motu cordis intellexit presenciam eius. Item ex fuga viciorum. Item ex reprehensione occulorum⁵⁷». Si enim bona de gracie placent et in ala displicant et libenter audis verba dei. Bonum signum est ipse, igitur dat dona, 1 Corintiorum 12: «Uni per spiritum datur sermo sciencie⁵⁸» et cetera, dic quomodo apostoli habuerunt istas gratias, sciverunt omnes sciencias omnes scripturae prophecie fierunt, infirmos curaverunt, et cetera. Ipse enim Spiritus docuit eos, et refortavit. Unde Gregorius: «Considero partes novi et veteris testamenti et qualis artifex sit spiritus considerare volo» et cetera, «Implet citaredam [puerum] et psalmista facit⁵⁹» et

⁴³ Mfl., spiritus, a; Augustinus in epistola ad quemdan comitem. | ⁴¹ Cf. Ps. 77, 39. | ⁴³ (Ps. 120, 1-2). | ⁴⁴ Ez. 37, 1. | ⁴⁵ Segueix Sanctus repetit. | ⁴⁶ Ps. 138, 10. | ⁴⁷ Ps. 142, 10. | ⁴⁸ Ez. 1, 12. | ⁴⁹ Ms. proponere. | ⁵⁰ Ms. ulum. | ⁵¹ Segueix causam ratllat. | ⁵² Gregorius Magnus, Homelia in Ezechielem, V (☞). | ⁵³ Prov. 31, 19. | ⁵⁴ Io. 3, 8. | ⁵⁵ Bernat, in cantica canticorum, sermo 57. | ⁵⁶ 1Cor 12, 8. | ⁵⁷ Gregorius Magnus, Homiliae in evangelia, XXX. | ⁵⁸ Thomae Aquinatis, sermo 7, 11 (☞). | ⁵⁹ Gregorius Magnus, Homilia XXX in evangelium.

cetera. Psalmum: «Mite manum tuam de alto eripe me et libera me⁶⁰» et cetera. Sicut Spiritus Sanctus iuvit apostolos et descendit, unde Gregorius in sermone apostolorum: «Mundi huius putatibus contraire non presument nisi eos spiritus sancti fortitudo soli dasset quales namque pastores ecce ante adventum huius spiritus fuerit scimus⁶¹» et cetera. Unde «Ibant apostolis gaudentes a conspectu consilii⁶²» et cetera. Gregorius, «Ecce gaudet Petri qui primus in velis timuit⁶³» et cetera. 4 et cetera. Deus enim cum manu sua corrigit quod diligit. Iob 19: «manus Domini tetigit mei⁶⁴» et cetera. Percutit enim terribiliter quia «Orrendum est incidere in manus Domini Dei viventes⁶⁵», ut dicitur apostolus. Patet de Balthasar, «Qui vidit manum scribentem in pariete⁶⁶», Daniel 4: «Sicut Spiritus Sanctus percussit finaliter Simonem magum qui volebat eum emere et vendere⁶⁷» et cetera.

Dico 3 principali, quod Spiritus Sanctus ostendit qualiter mundus nominatur, quia campus iste enim mundus campus est campus

Camp és qui és sembrat de molt mala lavor.
Camp és qui és seccat e sens fulla e sens flor.
Camp és qui és cuidat⁶⁷ per falta de regidor.
Camp és qui és regat de la sanch de nostre senyor.
Camp és qui és ensutzat per peccat e gran pudor.
Camp on jau naftrat bo mesquí de peccador.
Camp és qui no és tancat ans hi entre robador.

Primo dico et cetera. «Sunt enim illi multo male arbores sed mali homines» Proverbium 24: «Per agrum pigri hominis transivi⁶⁸» et ecce «re^{61v.} plevrunt enim urtice⁶⁹». Sunt enim obidiscore. Ideo figuratur per illum in quo «Inimicus hominis super seminavit zizannia⁷⁰». 2º et cetera non enim ibi honor pietatis propter peccatum avariciae. Joel: agri arugrant in animalia qui non habuit pie[ta]tem et misericordiam qui aridi sunt. Non potentes dire: «Ego flos campi et liliium convallium⁷¹» Canticorum 2. 3º et cetera. In mundo enim latent multi latrones, homicide, usurarii, quia domini terrarum non persequitur eos utenentur. 4 vel 7 sirii latabant in agris.

Dico 4º et cetera. In mundo enim fundit Christi sanguinem. Ideo patet: «Dici Achildemach I ager sanguinis⁷²», Mathei 27, quia emptus est precio sanguinis Christi. De 5 et cetera sicut patet hic 24 Reges: «Erunt carnes sicut stercus super faciem terre in agro Ietzabel⁷³». De 6 et cetera. Genesis 4: «Cum esset in agro insurexit⁷⁴» et cetera. Figuratur per illum in quo iacebat homo qui descendat in Iherusalem. Dico 7 et cetera. Ysaya 56: «Omnes bestie agri venite ad devorandum⁷⁵».

⁶⁰ Ps. 143, 7. | ⁶¹ Moralia 13, 8. | ⁶² Act. 5, 41. | ⁶³ Cita no localitzada. | ⁶⁴ Iob 19, 21. | ⁶⁵ Heb. 10, 31. | ⁶⁶ | ⁶⁷ Dan. | ⁶⁸ Ms. quidat. | ⁶⁹ Prov. 24, 30. | ⁷⁰ Mt. 13, 25. | ⁷¹ Cant. 2,1. | ⁷² Mt. 27, 8-9. | ⁷³ 2Reg. 9, 37. | ⁷⁴ Gen. 4, 8. | ⁷⁵ Is. 56, 9.